

apud homines horum temporum, qui in rebus ad religionem spectantibus plus aequo criticae arti, an suo pretius ingenio dicamus? indulgent, cum ea sint testimonia quae propriis verbis exhibita vel invitatis fidem extorquent. Damus etiam Vitam a Cerratensi monacho seculo xiii scriptam, non contemnenda: quidem auctoritatis, quamvis in ea nos levia quedam ex Cixila emendaverimus, qua propter temporum injuriam ex traditione non omnino incorrupta Cerratensis hausisse videtur.

## BEATI HILDEFONSI ELOGIUM.

*Ex sancto Juliano in appendice ad librum de Viris illustribus ab ipso Hildefonso conscriptum.*

Hildefonsus memoria sui temporis clarus, et irri-guis eloquentiae fluminibus exornans scedulae etatris nostrae, novissime Toletanae sedis ascitus in cathedram, presul post secundum Eugenium in sacerdotium consecratur, vir tanta laude dignissimus, quanta virtutum gratia numerosus. Fuit denique timoris Dei instantia praeditus, religione compunctus, compunctione profusus, incessu gravis, honestate laudabilis, patientia singularis, secreti tacitus, sapientia summus, disserendi ingenio clarus, eloquendi facultate praecipuus, lingue flumine copiosus, tantoque eloquentiae cothurno celeber habitus, ut disputationum ejus profusa oratio dum porrecte dirigitur, merito non homo, sed Deus, per hominem afflatum eloqui crederetur. Hic igitur sub rudimentis adhuc infantiae degens, divino tactus spiritu, vita delectatus est monachorum, contemplisque parentum rerumque mundanarum affectibus, Agaliense monasterium petiit, cuius fugam rabido furore insequens pater, uno tantum maceris impeditus est obice, quo et furentis est delusa quesitio, et fugientis salvata devotio. Nempe parentis furor dum percitus in interiora pretendebat, latibulum quo hic vir oculebatur reliquit. Sicque præterita incurata pertransiit, et in anterioribus, quæ præterierat inquisivit. Armata deinde manu Agaliensem cellam impetus gladio, dum quesitum non inventit, rediens in propriam, ut perditum deploavit. Percognita igitur prefatus vir absentia parentali, Agaliense illicimonasterium adiit, monachumque se in eo multis fere annis decenter exhibuit. Cœnobium quoque virginum in Deibiensi villa construxit, ac propriis opibus decoravit. Rector deinde effectus Agaliensis cœnobii monachorum mores exercuit, rem

A discrevit, vitamque servavit. Principali post hæc violentia Toletum reducitur, atque inibi post decessoris sui obitum pontifex subrogatur.

Scripsit sane quamplurimos libros luculentiori sermone potissimos, quos idem in tot partibus censuit dividendo, id est, librum Prosopopeiae imbecillitatis propriae, libellum de Virginitate sanctæ Mariæ contra tres infideles, opuscolum de Proprietate personarum Patris, et Filii, et Spiritus sancti, opuscolum Annotationum actionis diurnæ, opuscolum Annotationum in sacris, librum de Cognitione baptismi unum, et de Progressu spiritualis deserti alium. Quod totum primæ partis voluit volumini conneccendum. Partis quoque secundæ liber epistolarum est, in quo diversis scribens, ænigmatis formulis egit, personasque interdum induxit. In quo etiam a quinquebusdam luculentiora scriptorum responsa promeruit. Partem sane tertiam missarum esse voluit, hymnorum, atque sermonum; ulterioris denique partis liber est quartus, versibus prosaque concretus, in quo epitaphia, et quedam sunt epigrammatum annotata. Scripsit autem et alia multa, quæ variis rerum ac molestiarum occupationibus impeditus, aliqua corpta, aliqua semiplena reliquit. Ascitus autem in pontificatum nono gloriosi Reccesvinti principis anno, novem annis et duobus fere mensibus clarus habitus fuit vita meritis, et retentatione regiminis; explicateque octavo decimo predicti principis anno, sequenti die, decimo Kalendas Februarii, domicilio carnis exiit, atque in ecclesia beatæ Lencadiæ tumulatur, ad pedes sui conditius decessoria, cum quo creditur eterno frui receptaculo charitatis.

## INCIPIT VITA S. HILDEFONSI

TOLETANÆ SEDIS METROPOLITANI EPISCOPI

*A Cixilano ejusdem urbis episcopo edita.*

[Nos secuti sumus Editionem Florezii ab ipso collatam cum plurimis Editionibus, et Codicibus ms. quos ita citabimus, ut A. denotet Editionem Aguirriam; AE. Codicem Æmilianensem, medio seculo xi conscriptum, atque ex monasterio sancti Æmiliani de la Cogulla ad Scuriense translatum; S. Surianam Editionem; T. Toletanum Codicem; Ta. Tamaii lectionem apud Bollandianos.]

1. Ecce dapes <sup>1</sup> melliflu illius domini Hildefonsi, quas de paradiso Dei rapiens, et per totam Hesperiam dispergens, inediā nostrā ingenti satiavit eloquio. Non impar meritis sanctissimi illius domini Isidori, de cuius fonte adhuc clientulus purissimos latices bibit; nam directus a sancto ac venerabili papa Eugenio, Toletanea sedis metropolitanu[m] episcopo ad supradictum doctorem Spalensem metropolitanum episcopum, cum sibi jam sciolus videbatur, adeo ab eo tentus, et <sup>2</sup> eliminatus est, et, ut ferunt, temporali

C ferro <sup>3</sup> constrictus, ut si quid scientiae deerat, plenius instructus ad paedagogum suum dominum Eugenium remeans, non post multos dies adhuc diaconii officium peragens, in ecclesia sanctorum Cosmæ et Damiani, quæ sita est in suburbio Toletano, abba præficeretur. Ubi statim in officio clarens, duas missas in laudem ipsorum <sup>4</sup> dominorum suorum, quas in festivitate sua psallerent, miro modulationis modo perfecit, quas missas <sup>5</sup> infra <sup>6</sup> annotatas invenietis.

2. Deinde post multum tempus decadente domino

## VARIANTES LECTIONES.

<sup>1</sup> AE., mellifluæ.

<sup>2</sup> Deest et in A.

<sup>3</sup> A., tempore aliquo.

<sup>4</sup> A. et Ta., dirorum.

<sup>5</sup> Deest infra in A.

<sup>6</sup> A., notatas habemus.

Eugenio in sede sua episcopus praeficitur: cuius statim virtus enucleata clarens in sede Romulea refusit, et veluti facula ardens, omnem suam Spaniam perlustravit; cuius doctrina usque hodie fulget. Ecclesia ut sol et luna; cuius memoria in benedictione odoris et in compositione incensi habetur. Qui ab ipsis cunabulis, et ab ineunte aetate eunuchus permanens, magnum in se Domino habitaculum præparavit; qui non manubrio materiali, sed divino secatus est gladio; nec ingenio ferramentorum resecavit libidinem, sed munere coelesti in se promeruit sanctitatem. Qui subito, dono superno afflatus, his tantis talibusque prædecessoribus suis acquirerat clarens, quod illis clausum fuerat, isti reseratum est.

3. Sic enim habitator suus Spiritus sanctus egit, ut quod iste celabat intus, ille patesceret foris<sup>10</sup>, ut utroque apparatus adjutor fortissimus occurreret, ut isti ordinaret<sup>11</sup> quid in laudes virginum pandere<sup>12</sup>, illi revelaret quid aliquid mirum in athletam ostenderet,<sup>13</sup> unde fidei ejus meritum coram hominibus declararet, et laborantem in agone spirituali<sup>14</sup> de donariis suis non evanesceret. Sic enim egit, ut quod per tot annos populis desiderantibus neendum ostenduerat illis<sup>15</sup>, isti patesceret primum, et reliquias sanctas ad Deo dicatas virginis et<sup>16</sup> confessoris sanx Leocadie,<sup>17</sup> adveniente in sede regia, sua festivitate omnibus astantibus presentasset, et ante sepulcrum ejus genibus provolutus,<sup>18</sup> tumulus in quo<sup>19</sup> sanctum ejus corpusculum usque hodie humatum est,<sup>20</sup> exsiliret, et operculum quod vix tricinta juvenes movere possunt, non humanis manibus, sed angelicis elevatum, velum quod sanctæ<sup>21</sup> virginis membra tegebat,<sup>22</sup> vivens foris submitteret, et veluti manibus hominum extensem conspectui ejus virgo pulcherrima obsequens adventaret, clamantisbas episcopis, principibus, presbyteris ac diaconibus, clausa, stupore omni populo: *Deo gratias in celo, Deo gratias in terra, nemine tacente.*<sup>23</sup> Ipsa vero manus statim complexans et astringens talia fertur deponere vota, vociferans cum omni populo, et clamans: *Deo gratias, rivot domina mea per vitam Hildefonsi, et ipsum*<sup>24</sup> relexens clerus vehementer psalhat<sup>25</sup> alleluia, et canticum quod ipse dominus Hildefonsus<sup>26</sup> nuper fecerat: *Speciosa facta est, alleluia*<sup>27</sup>; et odor tuus velut balsamum non mistum, et

## VARIANTES

<sup>1</sup> T., Ta. et Mabillonius, cluens; A., lucens.  
<sup>2</sup> Romuleam vocat sedem Toletanam eo quod esset in urbe regia Toletu.

<sup>3</sup> In A. deest Ecclesia.

<sup>4</sup> Ta. legunt ut sole luna.

<sup>5</sup> Ita Ta. AE. habet, cuius benedictione. T. vero, cuius memoria benedictione.

<sup>6</sup> AE., manubrio manum. Ta., manubrio, vel manu.

A., manubrio materiali manus.

<sup>7</sup> Deest in se in A. et Ta.

<sup>8</sup> AE., afflatus.

<sup>9</sup> A., equaliter.

<sup>10</sup> A., et utroque adoperatus. Hæc tota periodus non legitur in Ta.

<sup>11</sup> A., quod in laudes. AE., laudis.

<sup>12</sup> A. et T., illis revelaret quod.

<sup>13</sup> A., nunc.

<sup>14</sup> Deest in A. de.

<sup>15</sup> T., iste.

<sup>16</sup> Deest in A. confessoris.

<sup>17</sup> A., Adveniente rege in sede regia sepulcrum, etc.

<sup>18</sup> Mab., forte, tumulo.

<sup>19</sup> A., sanctissimum.

<sup>20</sup> A., ut exsiliret.

<sup>21</sup> A., martyria.

<sup>22</sup> Ta., vires. A., consurrexit, tanquam illud ipsa vires foras submitteret, et veluti manibus hominum extensem elevaretur, atque conspectui, etc.

<sup>23</sup> Ita legit A., et Cerrat. in Vita sancti Hildef. similiter scribit ipsa. Alii Ms. habent ipse, sed prior

A alia quæ in ipsa missa quæ subter est adnotata, in laude ejus depropserat.

4. Clamabat inter voces populi velut mugiens, ut aliquod incisorum deferrent, unde quod manibus tenebat præcideret, et nemo illi<sup>28</sup> accurrebat, quia populus vastis<sup>29</sup> ictibus rictibusque frendebat. Nam et sancta virgo quod voluntate submiserat<sup>30</sup>, ut desideria crescerent,<sup>31</sup> violenta retrahebat. Sed princeps quondam Reccesvithus, qui ejus tempore erat, gloria et<sup>32</sup> ferocitate terrena deposita (<sup>33</sup> qui eum ob iniquitates suas increpatas superbo oculo intuebatur), cultrum modicum, quem in theca tenebat cum lacrymis offerebat, et collo submisso<sup>34</sup>, supplicibus manibus a throno suo extensis, ut eum illi deferrent<sup>35</sup> instantius deprecabantur, postulans ut indignum non judicaret sua cum lacrymis offerentem. Quem ille apprehendens, quod manu lœva jam modicum tenebat, dextra præcidit, et cultrum ipsam una cum eisdem Reliquis in<sup>36</sup> thecis argenteis collocavit; indignum judicans, ut qui sancta præciderat, polluta<sup>37</sup> ultra tangeret, sed coram requirenti munus, quantum valebat<sup>38</sup>, vicario jure præcepit impendi. His peractis, quia longum est ista omnia enodari, cuncta quæ<sup>39</sup> usui pertinebant sancte catholicae Ecclesiae, in Dei laudibus usqueque completa sunt.

5. His<sup>40</sup> excursis, alii adhuc miracula Spiritus sanctus per eum in ipso Dominiō adventu noa post multos dies peregit. Sed quia omnia longa sunt recenseri, quæ ejus temporibus in Toletana urbe dominus Urbanus et dominus Evantius per eum facta parabant, velex multis pauca progrederiamur<sup>41</sup>, quia qui mecum hoc audierunt, cum haec legerint, dolebunt pretermissemis me tam multa et magna, quæ utique mecum sciunt.

6. Superveniente vero<sup>42</sup> die sanctæ et semper virginis Mariæ<sup>43</sup>, ante tres dies litanias peregit, et missam superscriptam, quæ in ejus laude decantarentur, perfecit, quæ est septima. At ubi ventum est in ejus sanctam solemnitatem, supradictus rex minus de timore Dei sollicitus, et de suis iniquitatibus male concius, ad audienda solemnia regai de more paratus accessit. Nam<sup>44</sup> servus Dei Hildefonsos majori adhuc munere fratres,<sup>45</sup> dum diem Dominæ sue, cui Deo præsule serviebat, evans susciperet, et in laudem Genitricis Dei hoc quod supra prænotavimus

## LECTIONES.

lectio omni jure retinenda est.

<sup>22</sup> A., repentes.

<sup>23</sup> AE., alleluiaisticum.

<sup>24</sup> A., graviter.

<sup>25</sup> Hæc ultima verba et odor, etc., desiderantur in A.

<sup>26</sup> AE., occurrebat.

<sup>27</sup> T., vocibus.

<sup>28</sup> Et hæc verba, ut desideria crescerent, desunt in A.

<sup>29</sup> <sup>31</sup> T., violenter.

<sup>30</sup> A., felicitate.

<sup>31</sup> Ita Ta. AE., ab eo ob iniquitates suas increpabatur. T., qui cum ob iniquitates suas increpato. A., increpatus.

<sup>32</sup> A., supplices manus..... extendens.

<sup>33</sup> A., instanter.

<sup>34</sup> A., tectis.

<sup>35</sup> AE., non tangeret. A., tangeret. Requirentis manus, etc.

<sup>36</sup> AE., vicario præcepit.

<sup>37</sup> Ita T. AE., visui.

<sup>38</sup> A. et Ta., excussis.

<sup>39</sup> Ita AE. A. et Ta., aggrediamur.

<sup>40</sup> A. et T., die Assumptionis, quod non habet AE.

<sup>41</sup> A. et Ta., ante tres dies tribus diebus.

<sup>42</sup> A., rebus.

<sup>43</sup> Ta., dum celebratatem Dominae sue..... crans susciperet.

summo cum cordis affectu harmoniae modulatione A composita musica appareret, et libellum Virginitatis more Synonymia testimoniis Veteris ac Novi Testamenti plenum comple ederet, et digna facundia magnificentiam jam praefatae Domine sua exornaret, dum ante horas matutinas solito more ad obsequia Dei peragenda consurgeret, ut vigilias suas Domino consecraret, diaconus vel subdiaconus, atque clerus, ante eum cum facultatis praecedentes, subito ostia atrii aperientes, et ecclesiam intrantes, atque in splendore coelesti oculos defigentes, lumen quod ferre non valuerunt cum tremore fugientes, lampades quas manibus tenebant reliquerunt, et sua vestigia per quae venerant adeuntes, prope mortui reversi sunt ad sodales. Sollicite omnis congregatio requirens quid Dei servus ageret, cum angelicis chorus<sup>10</sup> viderunt: quod tam subito<sup>11</sup> expaverunt custodes, ut terga ab ostio ecclesiae dantes, revertentur ad proprias sedes.

7. At ille sibi bene conscious ante altare sanctae Virginis procidens reperit in cathedra<sup>12</sup> eburnea ipsam Dominam sedentem, ubi solius erat episcopus<sup>13</sup> sedere et populum salutare (quam cathedralm

R nullus episcopus adire tentavit, nisi postea dominus Sisibertus, qui statim sedem<sup>14</sup> ipsam perdens, exsilio relegatus est). Et elevatis oculis suis suscepit in circuitu ejus, et vidit omnem absidem ecclesiae repletam Virginum turmis de cantibus David admodum suavitate aliquid decantantes. Aspiciensque in eam (ut ipse sibi bene<sup>15</sup> conciis et bene charissimis referebat) sic eum allocuta est voce: Propterea in occursum, serve Dei<sup>16</sup> charissime, accipe munuscum de manu mea, quod de thesauro Filii mei tibi attuli; sic enim tibi opus est, ut benedictione tegminis que tibi<sup>17</sup> delata est,<sup>18</sup> in meo tempore die utrius; et quia<sup>19</sup> oculis fidei fixis in meo semper servitio permanisti, et<sup>20</sup> in laudem meam diffusa in labiis tuis gratia tam dulciter in coribus fidelium depinxisti, et vestimentis<sup>21</sup> glorie jam in hac vita ornaris, et in futuro in promptuariis meis cum aliis servis Filii mei<sup>22</sup> letaris.

8. Et hanc dicens ab oculis ejus una cum virginibus et luce qua venerat remeavit. Remansit Dei servus in tantum<sup>23</sup> sollicitus de atipiscenda gloria, quantum<sup>24</sup> perspicuus<sup>25</sup> de sibi donata palma victoriae<sup>26</sup>.

#### VARIANTES LECTIONES.

<sup>1</sup> AE., *Mystica*. Ta., *musicæ appeteret*. A., *harmonia modulatione composita carmina appareret*.

<sup>2</sup> Ita in T. AE. habet *digna facundia ad magnificentiam ac fauere*, etc. A., *digna facundia ac magnificencia*.

<sup>3</sup> S., *festum exornasset*.

<sup>4</sup> T., *Deo*.

<sup>5</sup> AE., *et vigilias*.

<sup>6</sup> A., *vasculis*.

<sup>7</sup> A., *splendori coelesti aciem defigentes*.

<sup>8</sup> A. et Ta., *effugientes, lampadus, etc.*

<sup>9</sup> A. et Ta., *quid de Dei servo ageretur*.

<sup>10</sup> Viderunt deest in plerisque omnibus Codicibus, sed habet Aguir. et quidem opportune.

<sup>11</sup> AE., *expavebant..... revertebantur*.

<sup>12</sup> Eburnea non legitur in A. et Ta.

<sup>13</sup> A. et Ta., *res dare*.

<sup>14</sup> AE., *ipsam lapsam*, quod non habet Ta.

<sup>15</sup> Ita T. AE., *canticulis*.

<sup>16</sup> A., *conscius bene charissimis*.

<sup>17</sup> AE., *rectiasime*.

<sup>18</sup> A., *data Ta., danda*.

<sup>19</sup> A., *in meo tantum servitio*.

<sup>20</sup> A. et Ta., *oculos fixos in meo semper servitio tenens permanisti*.

<sup>21</sup> A. et Ta., *et laudem*.

<sup>22</sup> Ita T. Alii alter.

<sup>23</sup> A. et Ta., *Ecclesiæ*.

<sup>24</sup> A. et Ta., *lætaberis. Mabil., lactaberis*.

<sup>25</sup> Ita AE. T., *securus*.

<sup>26</sup> T., *præciosus*.

<sup>27</sup> S., *de promissa sibi victoriæ palma*.

<sup>28</sup> Hic finis Vitæ in Codice AEmil. Tolet. vero prosequitur: *Prestante D. N. Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit, et cuncta regit per infinita semper sæcula sæculorum. Amen.*

## ALIA S. HILDEFONSI VITA

### PER (a) RODERICUM CERRATENSEM SCRIPTA.

1. Hildefonsus ex Hispania, civitate Toletana nobilibus parentibus oriundus, nobili Toletane sedis præsuli Eugenio traditur nutriendus. Quem sanctus Eugenius bonis moribus, et litterarum rudimentis instruens diligenter, capacitatem ejus attendens, ad beatum Isidorum archipræsulem Hispalensem transmisit eum, apud quem omnis eloquentia doctrina, artium disciplina, Theologiae et speculatio ita vigebat, ut omnes qui ad eum confluabant, pro capacitati singulorum instruebat.

2. Hildefonsus igitur a beato Isidoro et propter genus, et propter Eugenium benigne susceptus, et ejus subjectus dogmatibus, cum in liberalium artium studio plurimum laborasset, in lege Domini studiosius aciem infigebat. His atque aliis exercitiis honestis toto mentis affectu teneris adhuc sub annis semper intendens, adolescentulus qui secum studebant, in exemplum humanæ vitæ seipsum proponens, non solum ab illicitis revocabat, verum etiam bonis operibus inhaerendo ad bonum operandum informabat. Nullus eo studiosius lectioni instabat, frequentius eo nullus orationi vacabat. Legendi tamen, atque orandis inter se sic distinguebat, ut nec lectio impe-

C diret orationem, nec oratio lectionem; sed ut attentius vel legeret, vel oraret, illi vicissim relevamen erat orationis lectio, et lectionis oratio. Ubiunque ieret eum oratio comitabatur euntem et redeuntem; in seculari autem conversatione illa nihil indecens, nil in honestum erat in eo; sed ut servus Christi, et sanctorum imitator, non solum sapientia proficiebat, sed et augmento virtutum mirabiliter crescebat.

3. Transacta autem puerili ætate, cum ad illam cui carnis oblectamenta alludunt veniret ætatem, motus illicitos volens reprimere, corpus suum muro virtutum contrarias earum qualitates contrariis vitiiorum qualitatibus opponens, ita circumscrispit, ut non solum vitiis non pateret ingressus, verum etiam nisi per tentationum infestationem interdicteret accessus; permittebatur enim sicut et ceteri sancti tentari, non ad virtutum defectum, sed ad probationis profectum. Ex affectu autem pietatis misericordie pauperum condescendebat, ex sigillo castitatis virginitatis lumen non amitterebat; et cetera virtutum ornamenti Deo offerens, Deo placens, se totum Domino immolabat.

4. Relictis denique secularibus disciplinis, ad beatissimam ex historicis colligit. Opus adhuc ineditum, si aliquorum sanctorum Vitas excipias, quas R. P. Florez publici juris fecit in sua Hispania sacra, ex quo nos hauc Hildefonsi transcribimus.

(a) Fuit Rodericus hic Cerratensis Hispanus ordinis Fr. Predicatorum. Vixit seculo XIII. Scriptaque Sanctorale, seu Vitas sanctorum, quorum gesta partim ex antiquis Ecclesiarum Breviariis,